



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola IV. III[ustrissi]mo Et Rev[erendissi]mo Principi D[omin]o. Ioanni  
Adamo, Archiepiscopo & Electori Moguntino Ivstvs Baronivs  
Veteracastrensis S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)



*malus nec verbis emendabitur: si enim & intellexerit, non obediet.* Muneri tibi mitto literarium opusculum, confectum à me hybernis lucubrationibus, quod donec tuo nomini consecrata prodeant, benignè accipies, meque devinctissimum Clientem tuum perpetuo favore complectere. Quod ut facias, maiorem in modum etiam atque etiam obsecro. Vale. Romæ è Palatio Baroni-  
niano. 3. Calend. Iulij M. DCII.

## EPISTOLA IV.

ILL<sup>mo</sup> ET REV<sup>mo</sup> PRINCIPI D<sup>o</sup>.  
IOANNI ADAMO, Archiepiscopo &  
Electori Moguntino

IVSTVS BARONIVS VETE-  
racastrensis S.

CONFECI feliciter, quod tua venia ingressus eram iter; ILL<sup>mo</sup> ET REV<sup>mo</sup> PRINCEPS: id est superatis alpibus, viso *Mediolano*, ac *Bononia Lauretoque*, quadragesimo à *Moguntia* die (cunctari enim sapiusculè calores, ac respirare à iactationibus coegerunt) *Romam* cum fratre appuli, principem illam olim Imperij, nunc religionis, & verè, quod ait ille, \* Τῆς οἰκουμένης ἐπιτο \* *Polemō*  
μῆν. Appulsos hospitio excepit magnum il- *Sophista.*  
lud Cardinalium lumen CÆSAR BARONI-



vs SORANVS: cuius sub aris ac focus adhuc  
 requiescimus, nec pedē inde mouebimus,  
 quādiu nos alma hęc pietatis mater tene-  
 bit. Ita video Optimū Principē in nobis cō-  
 plectendis & ornandis nunquam sibi satis-  
 facere. Beneficia beneficijs cumulat, amorē  
 amore, studium studio. Pōtifex etiam Max.  
 proxima Dominica ad sui conspectum ad-  
 missum, paterna me benedictione p̄secut⁹  
 est, percontatusq; de publicis & priuatis re-  
 bus nostris, vbi me narrante de tua valetu-  
 dine, pietate, atque intrepido fidei Catholi-  
 cę tutandę propagandęque ardore intel-  
 lexit, quamplurimum se ostendit recrea-  
 tum. Cuius rei testis est idem ille Dux noster  
*Baronius*, tanto Pontifice dignus Cardina-  
 lis, cuius vtriusque vitam Diui cęlites no-  
 stro ac totius orbis bono quā diutissimē  
 seruent incolumem. De vr̄bis magnificen-  
 tia, deq; cęteris pietatis ac fortitudinis pri-  
 scę luculentissimis hic trophæis, nihil est  
 quod scribam. Sunt ista iam in ore atq; ocu-  
 lis omnium, nec te fugiunt, qui Sanctam  
 hanc terram haud paruo olim tempore cal-  
 calsti. Vbi etsi pręter cęteros non dubito,  
 quin sępē hunc ipsum sacre litteraturę  
 Principem *Baronium* videris, en tibi tamen  
 (si fortē fallar) veram viuamque ipsius Ico-  
 nem, quam non minus gratam tibi futuram  
 confido, quā ille ipse est, cuius hodiē laus  
 & fa-



& fama vniuersum Christianum orbem  
 peruagata, instar solis cuiusdam pestilentes  
 hæreticorum tenebras dispellit, lucemque  
 affert illis, quos diri erroris pertinacia du-  
 dum excæcarat. Quo suo archetypo cum  
 satis cõmendata sit effigies mea, plurib<sup>9</sup> e-  
 go verbis illam commendare desino, ac me  
 potius ad familiam meam conuerto, tuas  
 ILL<sup>me</sup> PRINCEPS benignissimæ gratiæ com-  
 mendatam, quam vt illis desiderio mei ac-  
 census magis magisque accommodare, ac si  
 quo libebit signo confirmare digneris, ma-  
 iorem in modum peto atque obsecro. Erit  
 ea res non paruæ tibi apud pares laudis se-  
 mentis, præmij verò apud Deum etiam  
 hostimentum. Cuius vt tibi numen perpe-  
 tuo adsit, ex animo precor ac voueo. Vale.  
 Romæ è Palatio Baroniano. 3. Non. Iulij. M.  
 DCII.

EPISTOLA V.

ILLVSTRI ET REVERENDO  
 Dno. Ioanni Schvicardo à Cronberg,  
 Metropol<sup>æ</sup> Eccl<sup>æ</sup> Mog<sup>æ</sup>  
 Decano.

IUSTVS BARONIVS VETERA-  
 castrensis S.

POSTEA QVAM à vobis discessi, ILLV-  
 STRIS ET REVERENDE D<sup>nc</sup>, recta per  
 P 4 Pala-